



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Tractatus V. De Matrimonio, ut est Sacramentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

nium, & consequenter illud iam validum in posterum remaneat?

2. Negant plures apud Averf. q. 4. *matr. f. 6. v. A. si quis*, Sanch. Coninch. Pont. Nau. Pet. Ledef. Henr. & Silu. Ratio est (inquiunt) quia, qui cogitur habere prædictam copulam, eandem immunitatem libertatis patitur, quam qui cogitur ad contractum Matrimonii per verba de præfenti; ergo pari modo ipsi iniuria fit, & consequenter Matrimonium hoc, utpote per metum extortum, invalidum erit. Confirmatur, quia si secus esset, non provisum satis fuisset liberati Matrimonii.

3. Affirmant non pauciores apud Averf. *loc. cit.* Sotus, Gabriël, Bart. Ledef. Vega, ipse Averf. quibus adde Sanchez, & Coninch. fatentes hanc sententiam esse probabilem & asserentes, rationem esse, quia durum videtur eum, cui metus inest ad habendam copulam, obligare, ut non possit consentire sponte ad Matrimonium illud, ut sic effugiat peccatum, eundemque poni ab Ecclesia in bivio satis duro, ut ipse, vel peccet mortaliter vel patiatur grave damnum, quod ex eo timore expectare debet. Hoc voluisse Ecclesiam non est præsumendum. Unde dicendum est, Ecclesiam solum voluisse providere libertati Matrimonii, quando ipsum per verba de præfenti contrahitur; & merito, quia tunc periculum coactionis frequenter occurrit, nihil autem curasse, quando ratificatur per copulam, quia modus hujus coactionis rarissimus est. Ulterior autem ratio, eaque à priori hujus posterioris sententiæ esse debet, quia in hoc actu, quo quis sponte eligit Matrimonium quasi in remedium evitacionis peccati, homo non consentit ex vi metus illati, sed ex seipso, & ex vi suæ spontaneæ libertatis volentis effugere peccatum.

4. Confirmatur. Nam invalidatio Matrimonii meticulousi decreta ab Ecclesia est potissimum, & immediate in favorem particularium Fidelium, ergo potest Fidelis cedere iuri suo, & suoque favori, & sic valide contrahere. Et sanè idem dici potest in sententia nostrâ, quæ indicat, Matrimonium meticulousum esse iure naturæ nullum; talis enim est, quia, ut supra indicavimus, iniuria fit contrahenti: at contrahens iuri quod ex hac iniuria habet, cedere pari modo, si velit, potest.

5. Neque dicas: Decreto Ecclesiæ irritanti matrimonium clandestinum non possunt Fideles cedere, ergo neque Decreto irritanti hoc Matrimonium meticulousum. Ne id dicas, inquam, nam decretum de clandestino est latum immediate intuitu ipsius Matrimonii, & potissimum intuitu Ecclesiæ, ut ei constare possit de contractis Matrimonii, id quod non officit casui nostro.

6. Verùm adhuc dices. Sicuti affirmatur, in copula metu extorta posse contrahentem cedere iuri suo, & velle Matrimonium perficere; ita affirmari posset, idem esse initio, quando contractus Matrimonii per verba de præfenti ex metu celebratur, ergo simili modo tunc is, qui metu patitur, poterit iuri suo cedere, & validum Matrimonium efficere.

Respondeo. Concedit pariter, & consequentiam Averf. *loc. cit. v. vbi consequenter*. Nobis non est otium id prosequendi.

7. Tantorum virorum duas hæc sententias suis innixas rationibus nō probabiles iudicemus, verror, ne imprudentiæ notam apud prudentes incurramus, modò præscindamus à confirmatione *num. 4. dicta*, sed utamur rationibus, seu coniecturis allatis *num. 3.*

TRACTATUS DE MATRIMONIO UT EST SACRAMENTUM

CAPVT PRIMVM.

Institutio hujus Sacramenti, eiusdemque materia & forma.

MATRIMONIUM in ratione contractus tantum ipso mundi exordio institutum fuit ad hunc officium, scilicet ad propagandam hominum, post lapsum Adæ ad concupiscentiæ remedium, ut illis verbis, quæ Adam, inspirante Deo, dixit, Gen. 2. *ex ossibus meis, ut videretur sentire* S. Augustinus de Gen. 2. c. 2. *sive in illis, quæ Deus protulit Gen. 1. Gen. 2. multiplicavimus.*

2. At verò fuisse elevatum à Christo Domini institutionem Sacramenti, sive quando ipse in mari Canæ Galilee, sive, quando dixit Mat. 19. *Qui coniungit, homo non separat*, Catholicorum nulli dubium.

3. Quod autem Matrimonium Fidelium, ut per hoc sacramentum, conferat gratiæ augmentum, & ut aliqui possit primam gratiam conferre, & similia, Theoricam spectant, & passim Theologi disputant.

4. At quænam est hujus Sacramenti materia? Certè Averf. q. 2. *de matr. f. 6. v. 3.* assertum Theologorum sententias, Sanch. verò lib. 1. *disp. 3. de matr. v. 1.* cum attulisset sex, ultimam approbavit aliter, esse ipsa verba, seu signa, quibus exprimitur mutua traditionis utriusque coniugis forma, eadem ipsa verba, seu signa, quibus exprimitur mutua acceptationis eorumdem. Traditio nam facta sensibilis per externa verba, vel signa, cum inchoatus, & imperfectus contractus, se habet in materia, acceptatio verò facta pari modo sensibilibus, pote quæ perficiat contractum, se habet in forma Sanch. *l. c.* cui libens acquiesco.

5. Quoniam verò Matrimonium Fidelium contractus naturalis est, & simul Sacramentum, inquit, contractus Fidelis Matrimonium inire, ut solum contractum, non verò, ut Sacramentum? Videtur enim, quod illicitè posse tamen validè, quia cuiusvisque Sacramenti confessio pendet ab intentione. Ministri voluntate illi conferre, & sicuti potest (quoniamvis illicite) obsequium puerum; & verba Baptismi proferre, molesta baptizare, quando certè illum minime baptizaret, ita in casu Matrimonii, & c. Adde, & aliam rationem, nam quemadmodum absolutio, non est verba sine intentione baptizandi prolatis, non est talis, & necessariò coniuncta ratio Sacramenti, ratio Baptismi, sic contractus naturalis Matrimonii sine intentione faciendi Sacramentum, non est talis, nec necessariò coniuncta ratio Sacramenti. Quod si dicas esse necessariò coniunctam ex Christi institutione, etiam independentem à voluntate conferentis, vinantem te potius quis pronuntiabit, quam conferentem.

6. Respondeo. Vrger me ejusmodi allata ratio debet, ita ut cum Vasquez, *tom. 2. in 3. p. disp. 1. de matr. Pont. lib. 1. cap. 9. num. 3.* Hort, *disp. 3. de matr. disp. 1. de matr.* aliisque quos citat, sed non sequitur Averf. q. 2. *de matr. f. 6. v. 3. V. Primo iudicaverunt*. Alique probabiliter dicent, posse valide, modo dicto, iniri à Fidelibus Matrimonium.

nium, ut solum contractum, & non, ut Sacramentum: elto Suar. Sanch. Coninch. quos citat, sequiturque Averf. l. 7. V. *Constat tamen*, quibus addatur Castrop. d. 2. de spons. p. 2. num. 5. alique negent, contententes Christum Dominum conjunxisse rationem Sacramenti ipsi contractui ita, ut, quamvis positio contractus dependeat à voluntate Fidelium, eo tamen positio, non dependeat ab ipsorum voluntate ratio Sacramenti, sed eo ipso, quod ejusmodi contractus legitime ponitur, statim ex Christi institutione illi adherat ratio Sacramenti. Verum id asserere, esset divinare, ut jam modò dictum est.

CAPVT II.

Minister Sacramenti Matrimonij.

1. **C**erta jam, & vera sententia nunc est, ipsos conjuges esse hujus Sacramenti Ministros, petinde, ac necesse sunt suscipientes. Ratio est, quia Christus Dominus instituit hoc Sacramentum juxta naturam ipsius contractus; at Ministri, seu ij, qui contractum efficiunt, sunt idem, qui contrahunt, quique in se obligationem suscipiunt, ergo, &c. Lege Bellarm. lib. 1. de matrim. cap. 6. & sequentibus. ubi contrariam opinionem appellat temerariam.

2. Hinc fit, ut verba Parochi, quibus dicit, se conjungere Sponsos, non sint de essentia Matrimonij; ipse enim, solum est assistens Matrimonio, non illud confertens: nam propterea, si assistat in statu peccati mortalis, non peccat assistendo, quia is, nec Sacramentum ministrat, nec suscipit.

3. Sed quid, si ipsi conjuges sint in dicto peccati mortali statu, quando contrahunt?

Respondeo. Quod peccent ex eo, quod in malo statu hoc Sacramentum suscipiant, certum est, quia omnia Sacramenta vivorum requirunt, suscipientem esse in statu gratiae, ut scilicet illam augeant, quemadmodum explicant fusi Theologi; sed dubium est, an item peccent ex eo, quod indigne ministrent.

4. Dico, esse duas oppositas sententias. Navar. apud Sanch. lib. 2. de matr. disp. 6. n. 3. putat, peccare mortaliter, etiam ut Ministros, quippe qui conferat sibi hoc Sacramentum ex officio, & ad hoc deputati. Sanchez, ibid. num. 4. citans Suar, aliosque verò, alique censent, ut sic, non peccare mortaliter; quia, licet conjuges sint ad hoc deputati, non tamen sunt consecrati ad hoc Sacramentum administrandum, pro quo non fuit necessaria consecratio: Quod autem consecratio sit necessaria ut Minister Sacramenti peccet, sup. l. 1. de sac. in genere, cap. 2. n. 4. diximus. Hanc posteriorem sententiam, ego ibidem amplexus sum, & iterum amplector, licet cum eodem Suar. & Sanch. fatear, opinionem Navar. esse probabilem.

CAPVT III.

Matrimonium inter absentes, an sit Sacramentum?

1. **E**sse Sacramentum, omnino tenendum est cum multis, quos citat, sequiturque Castropalaus de spons. d. 2. p. 2. num. 9. quidquid dicat Durandus, alique pauci apud Sanchez loc. cit. d. 11. num. 26. quorum rationes levissimas vocat ibidem Castropalaus, & easdem solvit. Ratio nostra potissima, cujus vi omnia ferè contraria argumenta dissolvuntur, est, quia Christus Dominus instituit hoc Sacramentum, elevando rationem contractus naturalis, quæ est in Matrimonio, ad rationem Sacramenti; at ratio contractus naturalis, æquæ est, si fiat per ipsos principales praesentes, ac, si fiat per Procuratorem inter absentes, ut nemo negat, ergo, &c.

Addé ex Concilio Trid. sess. 24. cap. 21. haberi, Matrimonium Fidelium esse Sacramentum; At Matrimonium per Procuratorem, sive etiam per Epistolam, non aequivoce, nec proportionaliter, sed univocè Matrimonium est, quis enim vquam inter Catholicos fuit, qui auderet dicere, duo genera Matrimoniorum esse in Ecclesia Dei, unde inferre posset, alterum esse Sacramentum, alterum non item?

2. Materia ergo, & forma in Matrimonio per Procuratorem, est item traditio, & acceptatio corporum facta à principalibus contrahentibus; quatenus exprimitur per verba, vel per signa à Procuratoribus exhibita.

3. Hinc meritò Procuratorem non obligamus ad statum gratiae, quando suum hoc manus exercet, obligamus autem ipsos principales ut recipientes Sacramentum debere esse in gratia, quando verosimiliter putant, Procuratorem nomine ipsorum contrahere. Quo tempore, etiam si dormirent, reciperent gratiae augmentum, sicut tunc reciperent Sacramentum Matrimonij; quemadmodum occurrat, quando quis vigilans, vel sanus petiit Baptismum, & deinde cum dormit, vel phreneticus est, baptizatur; nam tunc, & Sacramentum recipit, & gratiam. Dixi (ut recipientes) ut ministrantes enim non habere hanc obligationem, dictum est modò cap. 2.

CAPVT IV.

Matrimonium Infidelium, an sit Sacramentum? Remissivè.

Cum hoc ad praxim non pertineat, habeat id Lector à Doctoribus citatis, ac citandis, Sanch. Pontius, Averfa, G. Hurtado, aliisque.

CAPVT V.

De Indissolubilitate Matrimonij.

1. **V**t ea omnia, quæ ad indissolubilitatem spectant, cognoscantur, agam Primò de indissolubilitate Matrimonij infidelium, sive ante, sive post susceptionem Baptismi. Secundò, de eadem, quæ inest in Matrimonio rato Fidelium. Tertiò, de eadem, quæ in contumacato eorundem.

§. I. An Matrimonium Infidelium ante conversionem initium sit indissolubile?

1. **M**atrimonium Infidelium, sive sit consummatum, sive sit Ratum dumtaxat, id est nondum consummatum (sic loquamur claritatis gratiâ), nam ceterum Matrimonium Ratum propriè est Matrimonium contractum per verba de praesenti inter Fideles, quod nondum sit consummatum, ut supra diximus tract. 4. de Consensu, cap. 1. §. 2. n. 1. Matrimonium, inquam, dictum Infidelium est ex natura sua indissolubile. Ita Pontius, Vasq. Reb. Bellarm. quos citat, sequiturque G. Hurt. d. 8. matr. disp. 1. quibus addé Castrop. d. 3. de spons. p. 2. §. 1. n. 6. & Leand. de matr. d. 7. 2. alique contra Sanch. & Coninch. apud eundem Hurt. aliosque.

2. Ratio à posteriori ducitur ex illis verbis Genesis 2. *Quamobrem relinquet homo Patrem, & Matrem & adheret uxori suæ* ecce Matrimonium ratum, & erunt duo in carne una, ecce consummatum cum enim Deus dicat, relinquet, adhærebit, erunt, notat ejusmodi esse naturam matrimonij, non vero ipsum Deum, sic positivè velle constituere.

3. Ratio verò à priori præcipua est (nam alias vide apud Hurtadum, & citatos) quia certum est illicitum esse concubium vagum, & communicationem vxorum

rum temporum hac in re cum nostra ætate. Immo Hurtad. loc. cit. diff. 13, n. 45. testatur, se audivisse in India, Japonia hodie servatid, quod nos docemus, & ibidem (quod certe advertebat, ad rem nostram facit) probat, non esse de facto prohibitionem ullam, qua conjux Conversus interdicatur cohabitare cum conjuge Infideli nolente baptizari, vel pacifice cohabitare; & ita advertebat Rebelleum, & insinuasse Coninchidem Hurt. notat.

7. Inquires. Si alter ex conjugibus Catholicis in hæresim incideret, vel Gentilis fieret, dissolvitur ex hoc capite poterit Matrimonium?

Respondeo negativè, nec ratum tantum, & multo minus consummatum. Ita definitur in jure, C. quanto de divortis, & ratio definitionis fuit, ne sub prætextu hæresis conjugia, quæ minus placent, dissolvi tentarentur.

An dictum Matrimonium solvatur in eo momento, quo alter ex conjugibus baptizatur?

8. Hæcenus diximus, ex tribus dictis capitibus solvi posse Matrimonium Infidelium, altero veniente ad Baptismum. Iam inquirimus, an solvatur statim, in eo scilicet puncto, quo Baptismus suscipitur.

Respondeo. Scio, Rodriq. & alios allatos à Castrop. l. c. n. 4. putare, statim; sed vera, & communis opinio est, S. Th. Coninch Pontii, Sanchez, aliorumque cum Castrop. eos adducere l. c. non statim, sed quando ipse conjux conversus init Matrimonium novum cum alio. Antea igitur, in eo intermedio tempore à puncto Baptismi suscepti vsque ad punctum novi Matrimonii, remanet vinculum, sed suspensum, vnde, nec tenetur conversus cohabitare cum non converso, nec impeditur inire, quando velit, dictum novum Matrimonium. Indè ergo fit, ut non conversus nequeat in hoc intermedio tempore Matrimonium jungi cum altero, quia vinculum remanet, & insuper fit, ut si forte ipse convertatur, debeat continuare conjugium cum suo conjuge, iuxta id, quod Decretum esse in jure diximus §. præced. num. 5. fin.

9. Ut autem Conversus possit dictum novum Matrimonium inire, non est opus sententia Judicis, quia Christus Dominus hoc privilegium concedens, ejusmodi restrictionem non apposuit. Satis igitur erit, quod certo moraliter constet obstinatio conjugis Infidelis Christum, seu fidem afficientis injuria, vel longa ejus distantia.

Quando autem non constat, vel spes est conversionis, erit necessaria monitio, ut is intra terminum delibet, an velit converti, vel juxta doctrinam in eod. dictam, an velit pacifice cohabitare. Immo aliquando erit dicta monitio necessaria pro foro externo, ad intercludendas lites de validitate futuri Matrimonii. Lege hæc solus apud Sanc. l. 7. matr. d. 74. a. n. 11. & d. 79. a. n. 2.

An dictum Matrimonium dissolvatur per susceptionem Ordinis, vel per Vota solemnia in Religione.

10. Inquirimus Secundò. An, sicuti vinculum dicti Matrimonii solum ante Baptismum consummati dissolvitur, quando conversus novum init Matrimonium, sic dissolvatur, quando suscipiet fortè Ordinem Sacrum, vel solemniter Professionem emitteret in Religione? (quod utrumque posse ipsum facere, nullus negat, per rationem dicendam n. 17.) Id autem non ignorare, prodedit multum. Nam, si vinculum dissolvitur, poterit conjux alter Infidelis valide, & (ut ego contra Pontium cum Castrop. l. c. n. 13. & 15. puto) etiam quantum ad hoc licite providere sibi de novo Matrimonio: Si vero non dissolvitur, nullo modo poterit, ut ex se patet.

11. Respondeo. Quamvis aliqui per susceptionem Ordinis Sacri dictum vinculum dissolvi censeant, communis tamen sententia negat. Ratio efficax est, quia hanc

potestatem dissolvendi vinculum non agnoscimus, nisi ex Christi Domini dispensatione ex modo dictis num. 2. at nec per Ecclesiam, nec per Patres hoc privilegium Ordini Sacro esse concessum audivimus; ergo, &c.

12. At verò per professionem in Religione duplex sententia est. Prior cum Castrop. l. c. n. 12. cum Coninch. Pontio, G. Hurt. aliisque negat. Ratio est eadem, quia nimirum pari modo nullibi invenitur à Christo concessum, quod Matrimonium consummatum ante Baptismum possit per Religiosam Professionem dissolvi (de consummato enim loquimur, nam solum ratum posse per dictam Professionem, sicuti potest Ratum Fidelium, non est dubium, ut notat Hurtad. d. 8. matr. diff. 14. n. 51.) Adde, Matrimonium hoc Ratum Fidelium ideo per Professionem dissolvi, quia Religio assumpta ab vno ex conjugibus non debet nocere alteri, qui nolle fortasse remanere cælebs. At in casu nostro dicti Matrimonii consummati, esto gravetur Infidelis, si cogitur cælebs manere, id gravamen sibi imputet, nam Ecclesia, ad quam non pertinent Infideles, eorum gravamina non alio modo tollere debet, nisi eos vocando ad Baptismum, & factis ipsi habeant quod per accidens ipsorum matrimonium ratum, propter paritatem cum matrimonio rato Fidelium, dissolvatur per Professionem ab altero conjuge Converso emissam ut modo dictum est, non verò prætentant idem de consummato.

13. Posterior sententia cum Sanch. & Henriquez ap. eundem Hurt. l. c. concedit, per Vota solemnia Professionis Religiosæ dissolvi dictum consummatum matrimonium. Ratio est (inquiunt) quia professio solvit vinculum matrimonii Rati Fidelium, quod est Sacramentum, & consequenter, quod est fortius vinculum, quam sit dictum matrimonium consummatum Infidelium; ergo solve, & hoc. Probat consequentiam, quia in jure L. De accus. ff. de diversis, & tempor. præscrip. habetur illud vulgatum axioma: Si vincam vincen-tem te, à fortiori vincam te. Si enim à professione vincitur vinculum matrimonii Rati Fidelium, multo magis ab eadem vinci poterit vinculum dicti matrimonii consummati Infidelium, quod minus fortè, cum non sit sacramentum.

14. Verum huic rationi respondent locis citatis Castropalaus, & Hurtadus, hoc axioma intelligi de casibus similibus, & jure ordinatio, ac naturali contingentibus, non verò de dissimilibus, & de iis, quæ à jure positivo, & extraordinario præsertim divino dependent. Prior igitur sententia probabilior sit, posterior saltem ob auctoritatem extrinsecam probabilis. Et quidem loquimur de votis solemnibus in religione emissis nam per votum simplicis castitatis non dissolvitur matrimonium dictum Infidelium, sicuti non dissolvitur matrimonium Ratum Fidelium, ut certum est, & notat Averfa quest. 2. matr. sess. 5. V. Neque.

15. Vnum advertunt concordi animo prædicti Doctores, Nam si ejusmodi conversus factus jam sit professus, & deinde alter conjux fortè convertatur ad fidem, non erit huic ille professus resistendus.

Quamvis enim aliquorum sententia vinculum matrimonii remanserit, unde videatur suum conjugem conjugi reddi debere; tamen non ita est. Siquidem cum ille prior conversus legitime, vnde, & valide assumpserit statum impossibilem matrimonio, (nam propterea ex Sanchez l. 7. matr. d. 76. idem dicendum est, si ordinem Sacrum susceperit, vel Votum simplex Castitatis emisit) non poterit ad matrimonium redire. Sicuti, si celebrato, jure, divorzio, innocens conjux Ordinem Sacrum, vel professionem susceperit, vel votum Castitatis simplex emisit, non poterit licite alterum conjugem sibi reassumere, ut habet idem Sanchez lib. 10. matr. d. 10. n. 6.

16. Dixi (factus jam sit professus.) Nam si esset Novitius, cum nondum statum incompatibilem susceperit, poterit (immo, & debet, nisi alter consentiat) cum res adhuc sit integra, redire ad matrimonium, ut

notat

notat ibidem Sanchez, & Coninch. d. 26. dub. 5. n. 7.

16. Ex qua doctrina vides, hæc duo esse satis diversa. Aliud est, an per professionis Vota solemnia dissolvatur vinculum prædicti Matrimonii? Aliud, an Conventus possit legitime, vnde, & licite Professionem emittere? Illud prius est in opinione positum, ut vidimus num. 12. & 13. hoc posterius omnes admittimus & nescio negat, ut diximus num. 10. cujus posterioris ratio est, quia nolens convecti, dat justam causam, propter quam Divortium facere, conversus possit, quo divortio facto, jam conversus, utpote innocens, poterit licite illos status eligere, monito prius altero conjuge, juxta modo dicta n. 9. & juxta ea, quæ dicuntur, cum de Divortio disputatur.

CAPVT IV.

De indissolubilitate Matrimonii Rati Fidelium.

§. I. An hoc Matrimonium Ratum sit auctoritate Pontificis dissolubile?

1. **V**T plurimum DD. sententias omittam quas apud Sanch. lib. 2. matr. d. 15. Averl. q. 2. matr. scilicet 6. præsertim V. Tertio. Castrop. d. 13. de spons. p. 2. §. 4. Pont. lib. 9. c. 3. per totum, habes, aliosque, duæ sunt hac in re præcipuæ. Altera negat cum Pont. l. c. cujus potissimum fundamentum à posteriore est, quia, si posset à Pontifice, quamvis ex causa, dissolvi Ratum posset, & consummatum, quod inauditum in Ecclesia Dei est. Sequela probatur, quia eadem causæ, evitationes, scilicet scandalorum, rixarum, & discordiarum æquè interdum sunt in consummato, ac sunt in Rato. A priori, quia Matrimonium ratum est ejusdem rationis, ac consummatum, quoad essentiam. Copula enim nihil addit essentia, vel integritati Matrimonii, quod consistit, in ipsa traditione, & acceptatione corporum. Ergo, si eadem semper est essentia, eadem in utroque indissolubilitas, quare, sicut Pontifex dissolvere nequit consummatum, sic nequit Ratum.

2. Altera sententia affirmat, eamque sequitur Sanch. l. c. n. 4. cum aliis. Et Leand. quidem d. 5. matr. q. 7. dicit priorem sententiam esse speculative probabilem, hanc verò posteriorem probabiliorē esse practice. Eandem hanc posteriorem tenet Suar. tom. 3. de Relig. lib. 6. c. 16. n. 6. qui refert, se vidisse Bullam Greg. XIII. dispensantis in matrimonio Rato. Sed quid hoc ad aliud, quod narrat Henric. lib. 11. de matr. c. 8. n. 11. hoc est, eundem Greg. XIII. vna die, tredecim Dispensationes dedisse de hac re? Adde, & similes dispensationes, quas fuisse concessas à Martino V. Eugenio V. Pio III. Pio V. meminit Hurtad. l. c.

3. Fundamentum præcipuum hujus sententiæ à posteriori ducitur à tot dictis concessionibus, quas per Summos Pontifices invalide, vel illicite, esse datas, affirmare quis audeat? A priori autem, quia, licet firmiter teneamus, Matrimonium ratum esse ex se indissolubile, tamen non propterea negatur Deo potestas dispensandi mutando materiam, ut fuscè prosequuntur Theologi. Quoniam ergo videmus Ecclesiam hac potestate per tot Pontificum seriem fuisse usam, tenendum omnino est, eam ipsi à Christo Domino fuisse communicatam. Quare perinde hæc sententia certa alicui videbitur, ac est illa, quam omnes docemus, & Tridentinum definit, ut mox videbimus; puta Matrimonium ratum dissolui per professionem Religiosam; omne enim Tridentinum id decrevit: certè, non nisi, quia sic Ecclesia ab initio usurpavit: at idem usurpavit in re nostra per tot Pontifices.

4. Hæc sententia est probabilior, fateor tamen priorem suā probabilitate nequaquam carere, responsiones autem argumentorum utriusque partis, vide apud citatos.

5. Inquires. An invito altero ex conjugibus Pontifex in hoc dispensare possit? rursus an sine causa altero invito, potest alter professionem emittere? vere vinculum Matrimonii rati. Ratio autem est, quia Christus Dominus reliquit prudenti Pontifici arbitrio contrahentium, ita ex Medina Avela. q. 1. scilicet 6. V. Extendit.

Respondeo ad posterius; Requiritur iustam, & veram causam, ut licite Pontifex dispense, ut quia secus malè vteretur potestate sibi concessa. Cuius autem causam esse, fere omnes fatentur Sanch. lib. 2. matr. d. 16. si gravis damna, vel perniciosa discordia, rixæque inter conjuges, conjugumque inter meruantur, si mutua cohabitatio esse non possit, quod alteri supervenerit, v. g. Lepa cui remedium nequeat, si perpetua sit, sterilitas, & similia.

7. Docet Sanch. loc. c. sufficientem esse causam, si magna inæqualitas inter virum, & feminam. Et si de prudenter timeantur rixæ, & discordiæ, malitiosus Matrimonii, ego non approbo; experiri tunc raro, etiam inæquales ob insignem aliquod dolum, aut Expendantur igitur circumstantiæ, & mores personarum nam sic tandem apparebit, an rationabiliter esse possit timor.

8. Ut vir promoveatur ad Episcopatum, non est causa sufficientem, nisi id valde necessarium sit ad bonum commune, bene docet ibidem Sanch.

9. At verò, ut valide Pontifex dispense, requiritur causa; quia Christus omnem circa hoc contrahentem concessit Pontifici, ne relinquere locum peccati, nonnulli putant, cum Henriquez lib. 11. de matr. cap. 8. num. 1. littera G. sed tutior apud Avela. q. 1. scilicet 6. V. Requiritur vero, communior, verior, & certa sententia est, requiri causam iustam, sicut in dispensatione Votorum, & juramentorum committitur cemus de quibus dictum est, lib. 4. in Decretis, de iuramenti, & Voi.

§. II. An Matrimonium Ratum dissolvatur per Professionem solemnem?

1. **D**issolvi, non dubium, & ita definitum legimus in Tridentino sessio 24. can. 6. Si quis de Matrimonio ratum non consummatum, per professionem alterius conjugum non dirimi, anathema. Alios Sacrorum Canonum Textus vide apud citatos atque hæc definitio Tridentini cum sit absolute comprehendit omne Matrimonium ratum, etiam indissolubile veniens ad fidem; etiam invito, & cum multis annos à contracto matrimonio, si nuptiæ sit consummatum. Lege Sanchez, lib. 2. matr. d. 1. num. 27.

2. Ex eadem definitione sit, ut conjux relicta in nuptiis, non quidem statim post ingressum alteri in Novitium (quo certè vinculum matrimonii dissolvitur) sed post professionem emissam, & ab eo expectari integer annus, immò etiam plus, ut si quæ erat duodennis, quæ non poterit proficisci, nisi post quatuor annos, hoc est donec compleat annum sextum ex Tridentino, ut notat Sanch. lib. 2. matr. d. 3. de spons. p. 2. §. 5. n. 2. sic apud Castrop. d. 13. de spons. p. 2. §. 5. n. 2. sic apud ut possit dictus relictus novum sibi Matrimonium contrahere post professionem alterius. Quod si Religiosa quia antea fuerat conjux, deinde dispensatur à Pontifice de suis Votis solemnibus, & egreditur à Religione, poterit quæcumque eligere pro suo novo Matrimonio. Idque verum est, etiam si utriusque conjugis Religio assumptissent, & deinde similem dispensationem obtinuerint, poterunt enim cum aliis quibuscunque Matrimonio copulari. Ratio clara omnium horum est, quia jam ruptum fuit prius vinculum: vide Leand. d. 4. matr. q. num. 10. citans Sanch. alibi que. Idque ex institutione Christi Domini, ut mox nota.

3. Atque hinc etiam collige, ejusmodi Religiosum, qui olim conjux fuit, peccando contra Castitatem, peccare quidem sacrilege contra Votum, non tamen committere adulterium quia non peccat contra fidem datam in matrimonio, cum jam Matrimonium, vinculo dissoluto, nullum ad sit, unde etiam sequitur, pati modo contra Castitatem ipsum (& quidem sacrilege) peccaturum, si copuletur cum eadem ipsa, cum qua contraxerat Matrimonium ratum, quia dissoluto vinculo, illa sua amplius non est. Id non ita esse, quando quis post divortium professionem emittit, quia divortium non solvit Matrimonii vinculum, dicemus infra cum de Divortio.

4. Quo autem jure hæc dissolutio fiat, hoc porro controversum est apud DD. nobis tamen ex dictis quaestio remanet decisa: fit enim, ut superius indicavimus ex dispositione, quam Christus Dominus ob favorem Religionis, quæ est quædam mors spiritualis, concessit Fidelibus quamque per Ecclesiam ab ipso exordio nobis significavit.

Per professionem cujusnam Religionis dissolvatur Matrimonium Ratum?

5. Jam verò ad majorem præcedentium explicationem, Inquires Primò, per cujusnam Religionis professionem, hæc dissolutio fiat?

6. Respondeo. Per ejus Religionis approbatæ à Pontifice professionem, cujus Vota solemnia constituunt verum Religiosum; hæc autem sunt, quæ legitime obligant, tum ex parte profitentis, tum ex parte Religionis, nomine Ecclesiæ, acceptantis. Hinc Vota emissa à Tertiaris, qui in sæculo vivunt, vel etiam in aliqua Congregatione simul, sed non cum dicta solemnitate, non dirimunt matrimonium: dirimunt contra, si in Congregatione collegialiter vivant cum Approbatione Pontificis, quia tunc ea Congregatio esset vera Religio, ita Leand. d. 5. q. 16. & 17. citans Sanch. aliosque.

7. Hinc advertis, à Voto simplicis Castitatis in nullo modo matrimonium dissolvi, quia jam solemnè, illud non est.

8. Quid de Votis Ordinum Militarium? Respondeo. Si de militibus S. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, & similibus agas, eorum Vota matrimonium non dirimunt, quia, esto, nonnulli & quidem probabiliter, asserant, eos esse Religiosos, quia tamen ipsorum status non est incompatibilis cum Matrimonio, dirimere illud eorum Vota non possunt. Si verò agas de Militibus S. Joan. Hierosolymitani, vulgò Melitenibus, sine dubio eorum Vota dirimunt, quia ij sunt veri Religiosi ex communi sententia, nec cum ipsorum statu subsistere matrimonium potest. Lege Sperell. decis. 21. n. 44. & Leandrum d. 5. de matr. q. 14. qui assert Pontium testantem, ita Sac. Congregationem Cardinalium declarasse.

9. Per Vota Clericorum, vel Monialium prædictorum Ordinum, qui in Claustro vivunt, verique sunt Religiosi, matrimonium dissolvi, rectè notat Sanchez, loc. cit. quia tunc illa vota sunt solemnia, in Claustro, dixi, Vota Clericorum Ordinum militarium (præter Ordinem S. Joan. Hierosolymitani) qui extra claustra vivunt, cum sint ejusdem rationis, ac sunt vota eorundem Militum, eandem naturam sequuntur, nec dissolvere matrimonium possunt, ut habet Hurtad. d. 8. matr. diff. 6. n. 26. contra Pontium.

An per vota Biennij Societatis?

10. Quid de Votis biennij Societatis Iesu? Respondeo. Affirmat Pontius, lib. 9. cap. 6. quia hæc Vota licet solemnia non sint constituunt tamen Religiosum, & per Bullam Gregorii XIII. Bulla Ascendente Domino, sunt impedimentum dirimens Matrimonium illis superveniens, ergo, & dirimunt matrimonium antea contractum.

11. Verum Doctores nostræ Societatis, cum quibus est

omnino sentiendum, negant Vasquez, Sanch. Henricus, Gasp. Hurtad. d. 8. matr. diff. 5. eosdem citans, & Suarius, l. 4. Relig. tr. 10. lib. 4. c. 2. Adde non nostros, Leandrum l. 6. q. 13. qui citat Cornelium, & Ochagaviam, adde, & Averlam, q. 2. sect. 6. §. Dico præterea, qui advenit frustra contra prædictos conniti Pontium. Ratio est, quia jus dissolvendi matrimonium ratum ex Institutione Christi Domini inhæret professioni Religiosæ, eo modo quo, traditum, & explicatum est ab Ecclesiæ Ecclesiæ solum explicuit de professione sub solemnibus Votis, non verò de professione sub Votis simplicibus, ut merito dixerit Tridentinum (per solemnem professionem) quasi excludens omnem non solemnem.

12. Propter eandem rationem Vota Formatorum Coadiutorum, sine temporalium, sive spiritualium in dicta Societate non dirimunt matrimonium, quia, quamvis per illa ejusmodi Coadiutores incorporantur (ut loquitur Suar. l. 2. lib. 7. c. 2.) ultimæ Societati, tamen id fit per Vota tantum simplicia, & non per solemnia. Qui nostri Instituti inficius velit cognoscere, in quo differant ejusmodi Vota simplicia Coadiutorum à Votis solemnibus Professorum, adeat Suar. l. c.

Prædictam doctrinam non nemo apud Pont. de matr. l. 9. c. 6. confirmare voluit ex facto (Quod factum narrat etiam Vasq. p. 2. d. 156. c. 10. S. P. Ignatii, qui Coadiutori temporali, qui transit à matrimonio rato ad Societatem, concessit solemnem professionem, ut scilicet, sic dissolveretur vinculum matrimonii, quod dissolvi non poterat per Vota illa Coadiutorum. Optima confirmatio, sed nihilominus posset aliquid obstarè respondere, id fecisse S. Ignatium, ad omnem scrupulum amovendum, ut sic, posset conjux relicta in sæculo majori cum securitate Matrimonium aliud inire, si voluisset. Vera tamen, & sufficiens datæ doctrinæ ratio est, quia, ut dixi, hæc Vota Coadiutorum solemnia nequaquam sunt.

An per Ordinem Sacrum?

13. Quid denique dicemus de Voto Castitatis imbito in Ordine Sacro?

Respondeo. Nequaquam ab alio dirimitur Matrimonium, idque est definitum in Extrav. Antiquæ de Voto, quia si Ordo sit Sacerdotium, innud etiam si sit Episcopatus, ut notat G. Hurt. d. 8. de matr. diff. 4. n. 5.

Ex dictis vides, nec Ordines Sacros, nec quæcumque Ecclesiasticam dignitatem, nec Vota simplicia, sed solum Vota solemnia, sive Religiosorum, sive Monialium, dirimere matrimonium ratum: ut autem aliæ causæ dirimant, requiri, ex probabili sententia, auctoritatem Summi Pontificis: sicuti §. præced. dictum est.

Conjux volens, profiteri, differre ingressum in religionem non debet.

14. Inquires Secundò. Quo remedio utatur conjux, si alter prætextu volendi ingredi in Religionem differat ingressum, vel ingrediens modò in Novitiatum vnius Religionis, modò alterius, solemnia Vota procrastinet?

Respondeo. Per Iudicem præscribat ei terminum rationabilem peremptorium, ut profiteatur statim (sanè sumpto hoc, statim, morali, & humano modo) vel ad conjugem relictum regrediatur, ut fusi Doctores, ut Sanch. l. 2. matr. d. 24. n. 9. Pont. l. 9. c. 20. Castrop. de spons. p. 2. §. 5. n. 3.

Cum animo ingrediendi Religionem; An liceat Matrimonium.

15. Inquires Tertiò. Licetne mihi contrahere matrimonium per verba de præfenti cum certo animo non consummandi, sed ad Religionem sine consensu mei conjugis evolvendi.

16. Respondeo duobus dictis. Dico primo, regulariter

TRACTATUS VI.

DE

SOLEMNITATIBVS

Contractus Matrimonii.

CAPVT VI.

Matrimonium Fidelium consummatum
indissolubile est.

1. Ita id certum est ex dictis, ut longior probatio sit hominid superflua. Breuiter autem sic discurre: Ex una parte matrimonium est ex natura sua, & ex ratione Sacramenti, indissolubile, ut vidimus in superioribus, ex altera, non apparet, Christum Dominum dedisse Ecclesie potestatem dissolvendi matrimonium consummatum, imo, ex antiquissima traditione, ejus vinculum esse in omni casu insolubile, excepto ob alterius mortem, semper Ecclesia predicavit, ergo, &c.

2. Non est igitur admittenda consuetudo Græcorum qui matrimonium consummatum dissoluant ob adulterium, ut refert Leand. d. 5. de matr. q. 5. Divertere enim potest coniux innocens, modo infra explicando, ob alterius adulterium, non verò (quod longè diverfum est) vinculum dissolvere.

3. Illud tamen hic proprium locum habet, ut explicemus, seu recolamus, in quoniam consistat ejusmodi consummatio, nam de ea memini, me iterum dixisse in simili supra, tr. 1. de imped. c. 12. §. 4.

Enim verò consistit in receptione seminis virilis intra vas naturale Mulieris. Hinc, si habeatur valis penetratio, sed sine viri seminatione, non erit consummatio, esto, in foro externo, consummatio præsumatur. Ita Sanch. lib. 2. de matr. d. 1. G. Hurt. disp. 8. matr. diff. 9.

4. Si tamen, contrà, habeatur seminis receptio, non verò penetratio, quod contingere posse, matrice sibi semine attrahente, supponunt Doctores, habebitur secundum Sanch. l. c. G. Hurt. l. c. m. 33. consummatio, quia iam coniuges sunt una caro, & unum principium generationis, quidquid dubitet Pont. l. 9. c. 10.

5. Verum, requiritur ne seminatio facta à femina? Respondeo: Probabilius esse, non requiri, tener Sanchez, licet requiri fateatur esse probabile, quia ex opinione probabiliori multorum, ut Sanch. l. c. Dianæ p. 3. tr. 4. ref. 19. & in Addit. ref. 21. Avers. q. 2. sect. 4. de matr. initio, citantis S. Th. Verri. latè tr. 4. q. mor. 27. sect. 3. requiritur semen Mulieris ad generandam prolem, & in aliorum opinione non requiritur.

Coniugibus iurantibus, se non consummasse matrimonium non est fides habenda in iudicio, nisi ad sint alia indicia, v. g. integritas Claustrii Virginalis, vel ipsam non fuisse deductam ad domum Sponsi, vel quid simile, ut docent Sanch. lib. 2. matr. d. 23. n. 1. & Pont. l. c. n. 6. locis citatis. Quidquid autem concedat idem Sanch. l. c. n. 2. ne immunitatis solam integritati prædicat claustrii: nam plura remedia, quibus utuntur feminae, ut Virgines appareant, ex sola integritate nihil certi hac in re haberi posse, latè probat ibid. Vericelli dicto tr. 4. q. 14.

Quid si alter neget, alter affirmet se matrimonium consummasse? Vide prædictos DD. eodem id magis ad forum externum pertineat, quam ad conscientiae forum, de quo agere, nostrum est institutum.

An coniuges, quamvis matrimonium consummaverint, licet ex mutuo consensu Religionem profiteri valeant? Dicam infra, tr. 7. de obligat. c. 4. §. 1.

CAPVT PRIMVM.

Quenam sint ejusmodi Solemnitates?

1. & potissimum sunt: Altera, inducta à Tridentino, sess. 24. cap. 1. de ref. matr. illa est, ut matrimonium contrahatur coram Parocho, & Testibus: Altera, à Sacris Canonibus alias lata, sed ab eodem Tridentino ibidem confirmata, est, ut antequam matrimonium per verba de presenti celebratur, præmittantur denuntiationes. Est etiam alia tertia minoris momenti solemnitas, seu ceremonia, qua matrimonium contrahitur benedici à Parocho solet, & de hac etiam erit suo loco paulò inferius opportuna tractatio.

2. Inter illa autem duo priora maximum discrimen intercedit; Si enim non ad sint Matrimonio Parochus, & Testes, nullum est Fidelium matrimonium, & sine dubio graviter peccabitur: at, si non præmittantur denuntiationes, peccabitur quidem modo inferius, c. 3. §. 1. n. 2. explicando, sed validum erit matrimonium.

3. Dixi (Fidelium) nam ad matrimonia infidelium, quamvis temporaliter subjeutorum Ecclesie, hæc decreta non extenduntur, unde matrimonia Iudeorum, Turcarum, & hujusmodi, nec præsentia Parochi, & Testium indigent, nec denuntiationibus. Eosdem, quando iam coniugati veniunt ad fidem, non obligari ad suppleudas prædictas solemnitates, rectè notat Boss. de matrim. cap. 1. §. 32.

CAPVT II.

De prima Solemnitate, quæ requirit præsentiam
Parochi, & Testium.

§. 1. Qua ratione hanc inducere Tridentinum potuit?

1. Tamen si hoc explicare pertineat ad Theologos scholasticos, breuiter tamen id innuere, alienum à nobis non est.

2. Propter bonum commune, bonumque gubernationem valet Potestas humana iterum reddere contractum civilem, siue ipsum contractum irritando, siue inhabiles reddendo, personas ad hoc, vel illo modo contrahendum, ut de facto ius civile gessit, quando irritavit contractus Minorum initos sine Tutoris licentia &c. & ius Ecclesiasticum, quando irritavit professiones Religiosas ante annum 16. ætatis, & ante annum novitatus emissas, ergo Potestas Ecclesiastica, in qua residet summa auctoritas circa ea, quæ ad bonum commune, & circa gubernationem Fidelium pertinent, potuit, ad tollenda innumera scandala, quæ oriebantur ex matrimoniis clandestinis potuit, inquam, irritum reddere contractum matrimonii initum sine præsentia Parochi, & Testium, irritando ipsum contractum sic celebratum, imò, & reddendo personas sibi subditas inhabiles ad contrahendum sine dicta præsentia. Hoc posito si prosequimur argumentationem, quo pacto etiam solvimus objectionem, quæ afferri contra nos potest.

3. Materia, & forma Sacramenti matrimonii est validus contractus inter virum, & feminam, sed Ecclesia potest